Descriptio nova: Species annua (vel biennis vel perennans?), pilosa et saepe glanduloso-pilosa vel glabrescens, circ. (9)-15-20-(35) cm alta.—Caules infra vel supra dimidium in inflorescentiam ramosi.—Pili uniseriati, numerus cellularum plerumque (2)-5-(6), recti vel hamati.

Cellula summa pilorum eglandulosorum paulatim acuminata vel interdum obtusa, pilorum glanduliferorum clavata vel interdum ellipsoidea vel raro fere cylindracea.—Folia infima spathulata; superiora sessilia, oblonga vel ovata vel ellipsoidea, utrimque pilosa vel supra glabrescentia vel glabra, plerumque non glandulosa; circ. (10)-14-22-(30) mm longa et (3)-4-8-(12) mm lata.—Bracteolae floris infimi (= terminalis) et reliquae foliaceae nec scarioso-marginatae, interdum glandulosae, utrimque pilosae vel supra glabrae; infimae circ. 8-22 mm longae et 4-11-(14) mm latae.—Pedicellus primarius fructifer calyce longior, circ. (10)-15-20-(30) mm longus. Pedicelli post anthesin rectangule patentes vel refracti, saepe unifariam pilis hamatis vestiti, qui ad radicem versus adpressi.—Flores pentameri vel rarissime tetrameri (sec. LONSING, 1939: 162/494).—Sepala 5-(4), glandulosa vel solum pilosa vel fere glabra, circ. 5-6,5 mm longa. Sepalum extremum in apice utroque marginibus gracilibus hyalinisque et, nisi glabrescens, pilis nonnullis eglandulosis superatum.—Petala 5-0, in margine unguis ciliata (ad 0,08 mm) vel interdum glabra, alba, sepalis ± aequilonga, biloba, ad 1/2-1/3 longitudinis incisa, multinervia, basi paulatim angustata.—Stamina 10 (-4?). Filamenta circ. 1,7-2 mm longa, glabra. Antherae parvae, circ. 0,2,0,4-(0,6) mm longae.—Styli 5 (-4?), glabri sicuti ovarium, in parte inferiore usque ad basim papilloso, circ. 0,5-0,9 mm longi.—Capsula glabra, subcylindracea, subincurva, plerumque 1,5-2-plici longitudine calycis, circ. (7)-10-(12) mm longa et 1,5-2 mm lata. Nervi 10. Dentes capsulae 10, typo «Orthodon», erecti vel paulum divergentes et in marginibus lateralibus revoluti, circ. 0,8-1,1 mm longi. Parietes capsulae maturae sectione transversa sub dentibus in parte exteriori unam seriem cellularum ostendit (circ. 0,015-0,018 mm alta), quarum paries exterior incrassatus est, et in interiori parte 2-3 series cellularum ostendit, quarum parietes omnes tenuissimi sunt. Cellulae incrassatae epidermidis in dentibus lignefactae, reactione $C_6H_3(OH)_3 + HCl$ (= Phloroglucin + Salzsäure) rufescentes.—Placenta matura bacillaris (c. 2-2,5 mm alta) cum funiculis brevibus in apice usque ad 0,47 mm longis.—Semina chondrospermia, ± compressa, forma guttae, circ. 0,8-0,9 mm longa, ferruginea, circa 33-43 in singulis capsulis.—Verrucae seminum humiles (ad 0,03-0,04 mm altae), cumuliformes vel tergifformes; in circuitu plerumque oblonga; totae granulis minimis et hyalinis dense textae; parietibus fere aequis, at hilo usque ad marginem radiatim dispositae. Parietes inter verrucas irregulariter plicati, circum angulos obscure incrassati.—Plantae floriferae et fructiferae ab Idibus Aprilibus usque ad Idibus Julios.

Synonyma:

- 1846/47 — *C. atlanticum* DURIEU, 437.
 1884 — *C. vulgatum* var. *longipes* BATTANDIER, 360-461.
 1905 — *C. atlanticum* var. *brachypetalum* BATTANDIER & TRABUT, 499.
 1914 — *C. atlanticum* subsp. *longipes* BATTANDIER & MAIRE & TRABUT, LXV.
 1927 — *C. atlanticum* var. *longipes* (BATTANDIER) MAIRE in EMBERGER & MAIRE, 23.
 1928 — *C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *typicum* MAIRE, 35.
 » — » » » subvar. *apetalum* MAIRE, 35.
 » — » » » eu-atlanticum subvar. *genuinum* MAIRE, 35.
 » — *C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. *apetalum* MAIRE, 35.
 1929 — *C. atlanticum* f. *longipedunculatum* PAU sec. EMBERGER & MAIRE 1941: 978.
 1941 — *C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. *ecorollinum* MAIRE in EMBERGER & M., 978.
 1963 — *C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. *typicum* MAIRE 209.
 » — *C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *ecorollinum* MAIRE, 210.
 » — *C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *genuinum* MAIRE, 210.

In hoc opere (vide clavem nr. 13 a):

- C. atlanticum* subsp. *atlanticum* f. *atlanticum* sec. CODE 1961: Art. 26.
C. atlanticum subsp. *atlanticum* f. *ecorollinum* (MAIRE) MÖSCHL, comb. nov.
C. atlanticum subsp. *longipes* var. *eglandulosum* MÖSCHL, var. n., f. *eglandulosum*, forma n. sec. CODE 1961: Art. 26.
C. atlanticum subsp. *longipes* var. *eglandulosum* MÖSCHL, var. n., f. *inops* MÖSCHL, forma n.
C. atlanticum subsp. *longipes* var. *longipes* f. *apetalum* (MAIRE) MÖSCHL, comb. n.
C. atlanticum subsp. *longipes* var. *longipes* f. *longipes*, comb. n. sec. CODE 1961: Art. 26.

Icones:


C. atlanticum BORY & D. 1846: t. 82, fig. 3); sec. v. cl. RECHINGER (Wien, 9.III.1961): DURIEU 1846-49, t. 82 errore typographi (recte t. 81). — «COSSON & DURIEU, expl. Scient. Algér. 1840-42, Bot. Atlas, t. 81 (1850).» sec. Ind. Lond. 1930: 136. — MAIRE 1963: 208, fig. 77. — MÖSCHL in hoc op. fig. 1,4-38.

Nota: *C. atlanticum* (fig. 1,4-38), si caulis supra dimidium in dichotomiam bifurcatus *C. pumilo* CURT. robusto, si caulis infra dimidium in dichotomiam bifurcatus *C. tetrandro* CURT. similis fit. — *C. atlanticum* diversum est a *C. pumilo* et *C. tetrandro* sepalis exterioribus sine apice perlucido, petalis ciliatis vel petalis absentibus et verrucis seminum longo-cristatis (0,15-0,2 mm longis; fig. 9 + 10). Verrucae in dorso seminum *C. pumili* et *C. tetrandi* semper conoideae vel hemisphaericae.

Species ad glabrescentiam coniunctam cum iactura pilorum glanduliferorum et partim ad deminuationem pilorum eglandulosorum in aculeos parvos tendit. Modi pilorum existunt hi: 1) Pili eglandulosi normales, recti et paulatim acuminati, cum cellulis 4-6 (fig. 14). — 2) Pili eglandulosi parvi cum cellulis 2-3, hamati (fig. 12: Maktar/Tunetia: K 4827, cf. fig. 41: 11 C²) vel recti et aculeati (fig. 19 + 20: Maktar/Tunetia: K 4827, cf. fig. 41: 11 C²). — 3) Pili eglandulosi, plerumque cellulis 4-6, recti cum cellula summa obtusa (fig. 16 + 17 + 18: Llan Amarillo/Rif: RAB 8351, cf. fig. 41: 12 B²), ± similiores pilis glanduliferis et iisdem intermixti. — 4) Pili glanduliferi (fig. 21-26). — Specimen «Karite/Zaian: RAB 7386 (cf. fig. 41: 12 B¹) pilos aculeatos et glanduliferos habet.

C. atlanticum non solum reductionem pilorum diversorum praecipue in dorso sepalis extremi, sed etiam reductionem petalorum praecipue in floribus summis ostendit. Flos infimus semper fere cum petalis, si etiam flores reliqui sine petalis sunt; in *C. glomerato* THUILL. autem flos infimus semper sine petalis, si etiam flores summi petala habent. — Nomen «longipes» solum intelligi potest contra pedicellos breves *C. vulgati* L. (species perennis), quod BATTANDIER 1884: 360-361 *C. atlanticum* sub nomine «*C. vulgatum* var. *longipes*» descripsit.

Series diversas reductionis pilorum coniuncte reductione petalorum
existere mihi videtur, ea de re subspecies, varietates,
formas sequentes distinguo:



WILLIAMS 1899 C: 116 *C. atlanticum* pro synonymo *C. Duriaei* CARIOT et St. LAGER 1889: 129, quod *C. ramosissimum* BOISSIER 1838: 23-24 a me nominatur, citat. WILLIAMS, l. c., scripsit: «... the description of *C. Atlanticum* is almost a verbal transcript of *C. Duriaei*. It is also allied to *C. echinulatum*, which, according to BATTANDIER and TRABUT, is «voisin du *C. Riaei*.» ... In the Index Kewensis Spain is given as the habitat of

C. Atlanticum, which is an obvious slip.» *C. atlanticum* DUR. cum *C. ramosissimo* BOISS. non conjunctum, quod diversum est placenta bacillari, cellulis glandulosis clavatis, petalis ciliatis, verrucis seminum longo-cristatis sine area centrali, nervis 10 capsulae a *C. ramosissimo* (vide MÖSCHL, 1943: 169-178). *C. ramosissimum* placentam radiatam, cellulas glandulosas ovoideas, petala glabra, verrucas seminum conoideas cum area centrali et nervos 20 in basi capsulae habet. Hae species, etiam habitu suo et forma foliorum inter se differunt.

LONING (1939: 161/493-162/494) scripsit: «Das kosmopolitische *C. glomeratum* und die beiden afrikanischen Arten *C. octandrum* HOCHST. und das *C. atlanticum* DURIEU sind nahe verwandte Arten, die vielleicht am besten in eine den BRACHIATA und BRACHYPETALA gleichwertige Gruppe gestellt werden könnten.» et «*C. atlanticum* (Atlasgebirge) besitzt sehr lange Blütenstiele, ist fast kahl oder trägt nur stellenweise äusserst kurze, bei Vergrösserung wie Rosenstacheln aussehende Haargebilde. Die Blütenverhältnisse sind ähnlich wie bei *C. glomeratum*, manchmal kommen auch vierzählige Blüten vor. Alle Samenwarzen liegen auf konzentrischen Linien. Unter dem spärlichen Herbarmaterial entdeckte ich einige scheinbar aus einem geschlossenen Gebiet stammende Exemplare, die wie *C. glomeratum* behaart sind, keine vierzähligen Blüten haben, aber sonst wie *C. atlanticum* ausgebildet sind. Ob hier eine eigene Art vorliegt?». In tractatu meo de Cerastiis Africae centralis australisque (MÖSCHL, 1951 A: 66-68) pro affinitate *C. glomerati* THUILL. cum *C. octandro* HOCHST. dixi. An signa, quae *C. atlanticum* cum *C. glomerato* et *C. octandro* conjungere videntur, consequentiae reductionis in seriebus diversis generis *Cerastium* aut testes affinitatis constrictae inter species tres citatas sint, hoc tempore discernere non possum. — Signa *C. atlantici*, *C. glomerati*, *C. octandri* in tabella sequente composita sunt.

	<i>C. atlanticum</i> DURIEU	<i>C. glomeratum</i> THUILLIER	<i>C. octandrum</i> HOCHSTETTER
Sepala	5-(4), sepalum extremum in apice glabrum vel pilis eglandulosis nonnullis ± superatum, vix scarioso-marginatum.	5-(4), sepalum extremum in apice pilis eglandulosis superatum, non scarioso-marginatum.	5-4, sepalum extremum in apice pilis eglandulosis nonnullis superatum et scarioso-marginatum.

	<i>C. atlanticum</i> DURIEU	<i>C. glomeratum</i> THUILLIER	<i>C. octandrum</i> HOCHSTETTER
Petala	5-0, ciliata vel interdum glabra; sepalis \pm aequilonga; ad $\frac{1}{2}$ - $\frac{1}{3}$ longitudinis incisa.	5-0, ciliata vel raro glabra; sepalis \pm aequilonga; ad $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{4}$ longitudinis incisa.	5-4, ciliata vel glabra; sepalis aequilonga vel breviora; ad $\frac{1}{6}$ - $\frac{1}{7}$ longitudinis incisa.
Filamenta	1,7-2 mm longa, glabra.	(1)-1,5-2 mm longa, glabra.	1,8-2,5 mm longa, interdum ciliata (imprimis in filamentis epipetalibus).
Antherae	0,2-0,4-(0,6) mm longae.	0,2-0,3-(0,5: sec. LONSING 1939: 163/495) mm longae.	0,3-0,4 mm longae.
Styli	5-(4); 0,5-0,9 mm longi.	5-(4); 0,8-1 mm longi.	5-4; 0,8-1,3 mm longi.
Placenta matura	bacillaris cum funiculis brevibus.	bacillaris cum funiculis brevibus.	\pm ramosa vel fere radiata, in apice cum funiculis longis.
Semina	0,8-0,9 mm longa; forma guttarum.	0,5 mm longa; forma renorum vel trapezoidea.	(0,7)-0,8-1 mm longa; forma renorum vel trapezoidea.
Verrucae seminum	0,03-0,04 mm altae; cristatae; circum angulos parietum obscure incrassatae.	0,015-0,02 mm altae; convexae vel conoidae, interdum cristatae; parietes inter verrucas non obscure incrassatae.	0,02-0,03 mm altae; convexae vel conoidae vel partim cristatae; circum angulos parietum obscure incrassatae.
Cellulae glandulosae	\pm clavatae vel ellipsoideae (ad cylindraceae)	\pm longo-clavatae ad cylindraceae.	longo-ellipsoideae vel longo-clavatae ad cylindraceae.
Inflorescentia	<i>semper laxa.</i>	\pm glomerata, maturans saepe in basi dichasii laxior.	in apicis dichasii saepe glomerata.
Pedicellus primarius fructifer	(10)-15-20 mm longus = 3-vel 4-plici longitudine calycis.	3-6 mm longus = calyci \pm aequilongus.	4-10 mm longus = 1-vel 1,5-plici longitudine calycis.
Chromosomata	2n = 72.	2n = 72.	2n = ? (mihi ignotum).

Parasiti: Fungus *Peronospora atlantica* GÄUMANN (1923: 39, 46, 62-63; 43: fig. 9, sectio 5 = apices conidiophorum; 47: fig. 12, sectio 2 = conidii; 56: fig. 19, sectio 3 = diagramma de longitudine conidiorum; 57: fig. 20, sectio 3 = diagramma de latitudine conidiorum) in foliis vivis *C. atlantici* DUR. «Sumpf bei Maison Carrée (Algerien). 4. 3. 13. leg. L. DUCELLIER (MAIRE, Mycoth. Bor. Afric. 129)» habitat; SAVULESCU & R. 1934: 43.—Fungus *Pseudopeziza cerastiorum* (WALLR.) FÜCKEL in foliis *C. atlantici* DUR. «Marecages de la vallée de l'oued Sakhsokh, au sud de Larache. 11.V.1957. Ch. SAUVAGE colleg.» (det. MALENÇON, Rabat 31.X.1957: RAB 8759) primo a me in *C. atlantico* visus est.—Animalia: sine informatione.

Speciem esse in Africa septentrionali affirmant: *C. atlanticum* BATTANDIER 1888-90: 150, BATTANDIER & T. 1902: 63 et 1905: 499, BATTANDIER & M. & T. 1914: LXV, BONNET & B. 1896: 61, BORY & D. 1846: T. 82, f. 3, DEBEAUX 1893: 63, EMBERGER & M. 1927: 23 et 1941: 978, FONT-QUER 1949: 123, HANOTEAU & L. 1893: 140, JAHANDIEZ & M. 1932: 198, JULIEN 1894: 55, LETOURNEUX 1871: 31, MAIRE 1924: 97 et 1928: 34-35 et 1963 207-210, MÖSCHL 1951 A: 64, MUNBY 1859: 6 et 1869: 7, MURBECK 1897: 38, SENNEN & M. 1934: 20, WALPERS 1848-49: 97, WILLIAMS 1899 C: 116.—Vide *C. Duriaei* WILLIAMS et *C. nitens* in schedis.—*C. vulgatum* var. *longipes* BATTANDIER 1884: 360-361 et 1888-90: 149-150.

Index alphabeticum nominorum:

- C. atlanticum* subsp. *atlanticum* sec. CODE 1961: art. 26 in hoc opere (nr. «13 a A1» clavis): Sepalum extremum in dorso glabrum, sed semper fere in marginibus et in basi hirsutum. Folia in superficie glabrescentia vel glabra. Pedicelli unifariam pilosi; pili omnes reversi pedicellisque adpressi.
- C. atlanticum* subsp. *atlanticum* f. *atlanticum* sec. CODE 1961: art. 26 in hoc opere (nr. «13 a A1+» clavis): Planta semper eglandulosa. Sepalum extremum in dorso glabrum. Flores omnes cum petalis. Lectotypus: «*Cerastium atlanticum* DR. Chute du Rummel à Constantine DR. 2. mai 1840» (P 11219). Syn.: *C. atlanticum* DURIEU 1846: 437, *C. atlanticum* var. *eu-atlanticum* subvar. *genuinum* MAIRE 1928: 35.
- C. atlanticum* subsp. *atlanticum* f. *ecorollinum* (MAIRE) MÖSCHL, comb. n., in hoc opere (nr. «13 a A1++» clavis): Planta semper eglandulosa. Sepalum extremum in dorso glabrum. Saltem flores superiores sine petalis. Lectotypus: «in montium Aurasiorum jugo Chelia (MAIRE)» (non vidi!). Vidi syntypum «*Cerastium atlanticum* DUR. O Tiaet Algérie. Leg. A. BATTANDIER (échantillon prove-

- nant des doubles de l'herbier d'Alger)» (TUN 5373), sed non notavi utrum specimen petala an non habet. Syn.: *C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. apetalum MAIRE 1928: 35, *C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. ecorollinum MAIRE in EMBERGER & M. 1941: 978.
- C. atlanticum* var. brachypetalum BATTANDIER & T. 1905: 499: «Pétales courts, demeurant inclus dans le calice; plante très rameuse à rameaux grêles, intriqués. Tiaret, mai 1905. Fontaine de la place sous la redoute». Specimina authentica a loco classico (=G 11374 + 11375) = *C. atlanticum* subsp. atlanticum f. ecorollinum (MAIRE) MÖSCHL contra descriptionem in BATTANDIER & T., l. c.
- C. atlanticum* var. eu-atlanticum MAIRE 1928: 34 «nov. nom.», sine descriptione varietatis «eu-atlanticum», sed solum cum descriptionibus subvarietatum «genuinum MAIRE» et «apetalum MAIRE». Citatur in JAHANDIEZ et MAIRE 1932: 198, sine descriptione.—E descriptione = *C. atlanticum* subsp. atlanticum.—MAIRE 1963: 209.
- C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. apetalum MAIRE 1928: 35: «Flores apetalis.—Cum typo rarior occurrit: Tiaret! (BATTANDIER); in montium Aurasiorum jugo Chelia (MAIRE)». Specimen «Tiaret» (TUN 5373) vidi, sed tunc ad petala non attendi. Citatur in JAHANDIEZ & M. 1932: 198 et MAIRE 1963: 209.—E descriptione = *C. atlanticum* subsp. atlanticum f. ecorollinum (MAIRE) MÖSCHL.
- C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. ecorollinum MAIRE in EMBERGER & M. 1941: 978: «A lieu de subvar. apetalum MAIRE (C. 364, p. 35, ligne 8; non subvar. apetalum MAIRE l. c. ligne 2) mettre: subvar. ecorollinum MAIRE, nov. nom.».—E syn. = *C. atlanticum* subsp. atlanticum f. ecorollinum (MAIRE) MÖSCHL.
- C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. genuinum MAIRE 1928: 35: «Flores petalis praediti» (sine typo citato). Specimina authentica non vidi.—E descriptione = *C. atlanticum* subsp. atlanticum f. atlanticum.
- C. atlanticum* var. eu-atlanticum subvar. typicum MAIRE 1963: 209, comb. nova (per errorem?): «B. Fleurs à pétales bien développés: MAIRE, l. c. (1928)».—MAIRE 1928: 34-35 combinationes sequentes publicavit: «*C. atl.* var. longipes subvar. typicum» et «*C. atl.* var. eu-atlanticum subvar. genuinum», at non combinatio «*C. atl.* var. eu-atl. subvar. typicum»!—E descr. = *C. atl.* subsp. atl. f. atlanticum.
- C. atlanticum* f. longipedunculatum PAU «in F.-Q. Iter Marocc. 1929, no 126; S. et Ma., Cat. Rif, p. 20, nomen nudum» sec. EMBERGER

- & M. 1941: 978.—E specimine viso (MA 7770) = *C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* (utrum specimen visum petala an non habet, tunc non attendi).—SENNEN & M. 1934: 20.
- C. atlanticum* ssp. *longipes* BATTANDIER & M. & T. 1914: LXV: « Jeudi 28 Mai 1914 Excursion aux Gorges de la Chiffa » = *C. atlanticum* var. *longipes* MAIRE 1928: 34: « var. *longipes* (BATT.) MAIRE. — *C. vulgatum* L. var. *longipes* BATT., Bull. Soc. Bot. France, 31 (1884), p. 361; Fl. Alg. Dicotyl., p. 149.—*C. atlanticum* ssp. *longipes* BATT. MAIRE et TRABUT, Bull. Soc. Bot. France, 61 (1914), p. LXV, 1920 (nomen); cf. BATT. Contr. Flore Atlantique, 1919, p. 18.— Cette plante a tous les caractères du *C. atlanticum*, en particulier ses graines à ornamentation caractéristique; elle ne peut guère en être séparée que comme variété en voici la diagnose. A *C. atlantico* DUR. var. *eu-atlantico* MAIRE, nov. nom., differt herba tota molliter laxa villosa, saepe obscure viridi (nec glabrescente, laete viridi). Hab. ad rivulos Algeriae nec non Imperii maroccani: in montibus Mouzaia!, in faucibus amnis Chiffa! ad alt. 300-1200 m; inter Medea et Damiette! (BATTANDIER); in planitie Mitidja prope Boufarik! (BATTANDIER). In Atlanto Medio maroccano: Prope Azrou; Ras-el-Ma; in monte HAYAN; ad lacum Sidi-Ali-ou-Mohan, ad alt. 1200-2200 m (MAIRE). In Atlante Majore: prope Imi-n-Tanout; in valle Mentaga, ad alt. 600-900 m (MAIRE). In Atlante rifano: prope Souk-et-Tnin, in monte Timel-latin; ad alt. 1400-1800 m (EMBERGER et MAIRE). In planitie Gharb: prope Kenitra (MAIRE)». Omnia specimina citata, quae vidi, ad *C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *longipes* ponenda sunt: Imi-n-Tanout = RAB 7215, Medea = G 11370, Mentaga «graviers de l'Acif-n-Aït-el-Hadj» = RAB 7214, Mouzaia = G 11371, Ras-el-Ma = P 11225 + RAB 7068 + 7069. Citatur in JAHANDIEZ & M. 1932: 198, SENNEN & M. 1934: 20, EMBERGER & M. 1927: 23 et 1941: 978, FONT-Quer 1949: 123.
- C. atlanticum* var. *longipes* (BATTANDIER) MAIRE in EMBERGER & M. 1927: 23: «*C. vulgatum* L. var. *longipes* BATT. Fl. Alg. p. 149.— In scaturiginosis montis Timellatin, solo arenaceo, 1.400-2.000 m.» = *C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *longipes* e syn.— MAIRE 1963: 210.
- C. atlanticum* subsp. *longipes* (BATTANDIER) BATTANDIER & M. & T. in hoc opere (nr. «13a A2» clavis). Syn.: *C. atlanticum* ssp. *longipes* BATTANDIER & M. & T. 1914: LXV.
- C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *apetalum* MAIRE 1928: 35: «Flores apetalae.—Cum subvar. typica rarior occurrit: ad ripas lacuum

- Atlantis Medii (Lacus Caerulei et L. Sidi-Ali-ou Mohand) (MAIRE)». Specimen «Lac Bleu (Aguelman Azigza)-prairies humides, 1900 m (MAIRE: RAB 7068)» vidi, sed tunc ad petala non attendi.—E syn. = *C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *apetalum* (MAIRE) MÖSCHL.—Citatur in JAHANDIEZ & M. 1932: 198, EMBERGER & M. 1941: 978.
- C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *ecorollinum* MAIRE 1963: 210, comb. nova (per errorem?): «CC. Fleurs apétales: subvar. *ecorollinum* MAIRE in J. et M., Cat. Maroc, p. 978 (1941).—*C. a.* var. *longipes* subvar. *apetalum* MAIRE in M., C. 364 (1928)».—Vide EMBERGER & M. 1941: 978!—E descr. = *C. atl.* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *apetalum* (MAIRE) MÖSCHL.
- C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *eglandulosum* MÖSCHL, var. n., in hoc opere (nr. «13a B2» clavis): Planta semper tota eglandulosa. Sepalum extremum in dorso semper hirsutum. Lectotypus varietatis huius = lectotypus *C. atlantici* subsp. *longipedis* var. *eglandulosi* f. *eglandulosi* (M 19608).
- C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *eglandulosum* f. *eglandulosum* sec. CODE 1961: art. 26 in hoc opere (nr. «13a B2+» clavis): Planta semper eglandulosa. Sepalum extremum in dorso hirsutum. Flores omnes cum petalis. Lectotypus: «S. MURBECK. Iter Algeriensi-Tunetanum, 1896. *Cerastium atlanticum* DURIEU. Tunetia media: Maktar, ad fontes. 1/6. leg. & det. S. MURBECK» (M 10608).
- C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *eglandulosum* f. *inops* MÖSCHL, forma n., in hoc opere (nr. «13a B2++» clavis): Planta semper tota eglandulosa. Sepalum extremum in dorso hirsutum. Saltem flores superiores sine petalis. Lectotypus: «Sv. MURBECK: Plantae selectae ex Africa boreali. 14. *Cerastium atlanticum* DURIEU. Tunetia centr.: Maktar, ni humidis. 1903 2 & 4 Vi. Sv. MURBECK.» (LD 11791).
- C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *genuinum* MAIRE 1963: 210, comb. nova (per errorem?): «C. Fleurs à pétales bien développés: subvar. *genuinum* MAIRE l. c. (1928)».—Vide in textu meo «*C. atl.* var. *eu-atl.* subvar. *typicum* MAIRE 1963: 209».—E descr. = *C. atl.* subsp. *longipes* f. *longipes*.
- C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* sec. CODE 1961: art. 26 in hoc opere (nr. «13a B1» clavis): Planta semper glandulosa in sepalis, pedicellis, internodio summo caulis. Lectotypus varietatis huius = lectotypus *C. atlantici* subsp. *longipedis* var. *longipedis* f. *longipedis* (G 11371).

- C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *apetalum* (MAIRE) MOSCHL, comb. n., in hoc opere (nr. « 13 a B1 ++ » clavis): Planta semper glandulosa. Sepalum extremum in dorso glandulosum. Saltem flores superiores sine petalis. Lectotypus: « *Cerastium atlanticum* DUR. var. *apetalum* n. var. Moyen Atlas: Lac Bleu (Aguelman Azigza) — prairies humides, 1900 m. 22-6-1923 Dr. R. MAIRE » (RAB 7068). Syn.: *C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *apetalum* MAIRE 1928: 35.
- C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *longipes* sec. CODE 1961: art. 26 in hoc opere (nr. « 13 a B1 + » clavis): Planta semper glandulosa. Sepalum extremum in dorso glandulosum. Flores omnes cum petalis. Lectotypus: « J. — A. BATTANDIER et L. TRABUT, Pl. d'Algerie. *Cerastium vulgatum* L. var. *longipes* nob. Djebel Mouzaïa vers 1200 mètres d'altitude mai 1879. J. A. B. » (G 11371). Syn.: *C. vulgatum* var. *longipes* BATTANDIER 1884: 360-361, *C. atlanticum* subsp. *longipes* BATTANDIER & M. & T. 1914: LXV, *C. atlanticum* var. *longipes* (BATTANDIER) MAIRE in EMBERGER & M. 1927: 23, *C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *typicum* MAIRE 1928: 35.
- C. atlanticum* var. *longipes* subvar. *typicum* MAIRE 1928, 35: « nov. nom. — Flores petalis praediti. » (sine typo citato). Specimina authentica non vidi. — E descriptione = *C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *longipes*. — Citatur in JAHANDIEZ & M. 1932: 198, MAIRE 1933: 265, EMBERGER & M. 1941: 978.
- C. nitens* « Const. 2 mai » (leg. DURIEU forsán) in scheda et cum scheda secunda « *Cerastium atlanticum* DUR. Constantine, 2. mai » (P 11233). Nomen etiam in scheda « P 11234 »: « *Cerastium nitens* DR. » (posthinc nomen « *nitens* » nomine « *atlanticum* » substitutum est) « Constantine 2 Mai ». Specimina duo = *C. atlanticum* subsp. *atlanticum* f. *atlanticum*.
- C. vulgatum* var. *longipes* BATTANDIER 1884: 360-361 et 1888-90: 149-150 = *C. atlanticum* sec. EMBERGER & M. 1927: 23. — BATTANDIER 1884: 360-361: « var. *longipes* Nob. — Cette plante ne diffère guère de l'espèce à laquelle je la rapporte que par ses pédoncules floreaux longs de 15 millimètres au moins » — 360/361 — « Elle est d'ailleurs très différente du *Cerastium atlanticum* DR. avec lequel elle pousse. Les onglets sont fortement ciliés. — Djebel Mouzaïa, à 1100 mètres d'altitude environ, dans les ruisselets qui forment le ruisseau des Singes. » — E specimine cit. (= G 11371) = *C. atlanticum* subsp. *longipes* var. *longipes* f. *longipes*.

Distributio: Solum in Africa septentrionali habitans (tab. IV, fig. 41); sec. Ind. Kew. 1893: 483 in Hispania per errorem citatur.

Species crescit in altitudine «Bu-Xaren, c. El Araïx, pratiquement au niveau de la mer» (FONT QUER 1949: 123), 600 m (Grand Atlas: RAB 7214) ad 2700 m (Tounfite: RAB 7216), in solo arenaceo et schistaceo, ad rivulos, in graminibus humilibus, in silviculis betularum «pr. Asib de Ktama, ad 1450 m» (MA 7770), in regione superiora cedrorum «Tamgouth de Lalla-Khadidja ... 1800 à 2000 mètr.» (DEBEAUX 1893: 63), in associatione Eryngii maroccani (mense Junio) circa urbem Ras-el-Ma (MAIRE 1924: 96-97).—In solo humidiorum specimina maiora et altiora sunt.

Specimina visa citataque (specimina omnia revidi solum sub nomine «*C. atlanticum*»; post nr. rev.: e = eglandulosum, g = glandulosum):

- 40°-35° N et 10°-5° W = 11 B¹ = Cordillère du Rif (FONT QUER: RAB 7234 g). Sakhsoch circa Larache (SAUVAGE 824: RAB 8759 e). Mexerah inter Xauen et El Ksar-el-kebir, Bu-Xaren, c. El Araïx (= El Araïsch = Larache) (sec. FONT QUER, 1949: 123).
- et 5°-0° W = 11 B² = Ghemara: Bab-Amegas: Dj. Tizirene (EMBERGER: RAB 7233 e). Rif SW: Bab-Berrete (JOVET-AST, J. & S. 12959: MPU 12010 g + RAB 8354 g).
- et 0°-5° E = 11 C¹ = Blidah (DURANDS: M 10607 = photocopia. — BATTANDIER: MPU 12012 g. — DURIEU: P 11237 e + g). Atlas de Blida (BATTANDIER: MPU 12013 g. — ALLEIZETTE: CLF 11976 g + 11993 g). Oued Sidi el Kabir près Blidah (DURIEU?: K 4825 a = e, MPU 12022 g). Kouba Sidi Yacoub ad basim Djebel Azeib, Dahra, prov. Oran (WARION-Pl. atl. sel. 1876, nr. 39: G 11379 e, K 4826 b = e, MPU 12018 e + 12019 e, P 11238 e, TL 11970 e). Tiaret (BATTANDIER et TRABUT: G 11374 e + 11375 e, TUN 5373 e). Médéa (BATTANDIER: G 11370 g). Dj. Nador près de Medeah (COURCIERE: MPU 12021 g). Le Nador de Médéah (CHABERT: G 11381 g). Dj. Mouzaïa (BATTANDIER: G 11371 g + 11372 g, LD 11781 g + 11793 g). Alger (BOISSIER: MPU 12015 g. — BOISSIER et REUTER «*C. algeriense*»: LE = g). Boufarik (BATTANDIER: MPU 12020 g). Mitidja prope Bouffarik (REUTER: P 11236 e + g). Miliana-Marguerite (ALLEIZETTE: CLF 11977 g). Milianah (MIALHES: P 11220 g). Djurdjura, terr. des Beni-bou-Addou, Dra-el-Mizan (COSSON: MPU 12023 e). De Bordj (DUBUIS: NEU 6481 e). Cala Rana, vers, du Lalla Khedidja (DUHAMEL: G 11380 e). Mazouna, Dahra, Prov. d'Oran (COSSON: K 4826 a = e). La Kabylie du Jurjura: Ait bou Addou, cascade près de Tizi-n-Teselent (sec. LETOURNEUX 1871: 31).

- Kabylie du Djurdjura: Tamgouth de Lalla-Khadidja (DEBX. et MAR.), col de Tirourda, Ain-el-Hamman (PERROND) (sec. DEBEAUX 1893: 63). Alger: Maison Carrée (DUCELLIER in MAIRE, Mycoth. Bor.-Afr. 129 sec. GÄUMANN 1923: 39). Alger: Dira (sec. MAIRE 1963: 210). et 5°-10° E = 11 C² = Constantine (DURIEU: G 11387 e, P 11233 e. — COSSON et DUVAL: G 11376 e + 11377 e). Dj. Ouach près Constantine (GIROD: G 11384 e). La Calle (DURIEU: G 11390 g). Constantine (DURIEU-exs, BOURGEAU, Pl. div. 1850: E 10183 e, G 11389 e, MPU 12017 e, P 11227 e + 11230 e, TL 11969 e). Constantine, chute du Rummel (DURIEU: P 11219 e + 11223 e et 11234 e). Dj. Chettaba (REBOUD: P 11221 a = e). Batna (BALANSA, Pl. d'Algerie 1853 nr. 861: F 6656 e, G 11385 e + 11388 e, MPU 12011 e + 12014 e + 12015 e). Batna, Dj. itchi ali (LEFRANC: TL 11968 e). Batna (LEFRANC: P 11231 e + 11232 e). Setif (COSSON?: BR 10790 e, F 9660 e, P 11235 e). Dj. Chelia, Mts. Aures (COSSON: P 11222 e). Dj. Dekma, prov. Constantine (COSSON et DUVAL: P 11229 e). Tifech, prov. Constantine (COSSON et DUVAL: G 11376 e, P 11221 b = e). Tunetia: Maktar (MURBECK, Pl. sel. ex Africa bor. nr. 14: G 11378 e, K 4827 e, LD 11791 e, P 11239 e, W = e. — MURBECK, Iter Alg. — Tun. 1896: LD 11792 e, M 10606 e + 10608 e). Tunisia: Ain Zouza, Ain Ahmra, Dj. Ghorra (sec. BONNET & B. 1896: 61). — In montium Aurasiorum jugo Chelia (MAIRE sec. MAIRE 1928: 35 «var. eu-atlanticum subvar. apetalum»).
- 35°-30° N et 10°-5° W = 12 B¹ = Zaian: Plateau d'Oulme (SAUVAGE 9178: RAB 8513 g). Zaeis: Ain Bridila (EMBERGER: RAB 7071 g). Tounfite: Pozzine (EMBERGER: RAB 7216 g). Ifrane (? : RAB 7383 g). Grand-Atlas: Imi-n-Tanout (MAIRE: RAB 7215 g). Ifgnig, de Acif-n-Ait-el-Hadj (MAIRE: RAB 7214 g). Zaian: mine de Karite (SAUVAGE et VINDT: MÖ + RAB 7123 g, Rab 7386 g). Tizi-n-Tichka (MAIRE: RAB 7384 e). Tlemcen (COSSON: K 4825 b = e). Ras-el-Ma (MAIRE: P 11225 g, RAB 7069 g). Azrou, vallis Tioumliline (LINDBERG: LD 11797 g). Amismiz (LINDBERG: K 4828 g. MURBECK: LD 11795 g. MAIRE: P 11226 g). Moyen Atlas: Aguelman Sidi Ali ou Mohand (JAHANDIEZ-Pl. Mar. nr. 579: E 10182 g, G 11383 g, LD 11794 g, MA 7769 g, Z 10762 g). Lac Bleu (Aguelman Azigza) (MAIRE: RAB 7068 g). Anti-Atlas: Mont Amezdour (sec. MAIRE 1933: 265 «var. longipes subvar. typicum»). Rif Oriental: Tizi-Ifri (sec. SENNEN & M. 1934: 20 «f. longipedunculatum + var. longipes»), Beni-Medien (Tafersit) (sec. SENNEN & M. 1934: 20 «var. longipes»). Atlas Maior: in valle Mentaga

(sec. MAIRE 1928: 34 «var. longipes»). Atlas Rif.: in planitie Gharb, prope Kenitra (sec. MAIRE 1938: 34).
 et $5^{\circ}-0^{\circ}$ W = $12 B^2$ = Asib de Ktama (FONT QUER-Iter Maroc. 1929 nr. 126: G 11382 g, MA 7770 g, Z 10761 g). Rif. SW: Ktama (JOVET-AST etc. 13060: RAB 8350 g). Llano Amarillo (JOVET-AST etc. 13031: RAB 8351 g). Outka (SAUVAGE 6667: RAB 10003 g). J. Outka: Bab Mareklo (SAUVAGE & V. nr. 824: RAB 8514 g + 8515 g). Beni Zeroual: mons Outka (EMBERGER: RAB 7385 g). Bab Ahzar-Ain Kbirar (RUNGS et SAUVAGE: RAB 8503 g). Atlas Rif.: prope Souk-el-Tnin, in monte Timel-latin. (sec. MAIRE 1928: 34). Tlemcen (MUNBY: G 11386 e, Ti 12557 e). Dept. d'Oran: Oued Soltla (ALLEIZETTE: CLF 11975 e + g).
 et $5^{\circ}-10^{\circ}$ E = $12 C^2$ = Prov. Constantine, Oued-Abdi, Mts. Aurès (PERRAUDIERE: ROB 7070 e).

$25^{\circ}-30^{\circ}$ N et $10^{\circ}-5^{\circ}$ W = $13 B^1$ = Assaka (sec. FONT-QUER 1949: 123).

Situs locorum sequentium mihi ignotus est: Jakamodi (BATTANDIER: P 11228 g). Atlas-Algérie (Herb. PIRE: BR 10792 g). Herbier de l'Afrique du Nord (sine loco; MAIRE: P 11224 e + g).

C. atrovirens BABINGTON 1838: 317, species annua; typus (l. c.): «Gathered by Dr. G. JOHNSTON on old walls in the immediate vicinity of Berwick-upon-Tweed, flowering in May and June.». LANJOUW & S. 1954: 47 notat: «BABINGTON, Charles Cardale (1808-95) Britain: BR, CGE (orig.), ...»; typum non vidi. Specimina auth. vidi ex herb. K («Berwick Dr. JOHNSTON», «Yarmouth (S. Dunes)», «Jersey 1838»), ex herb. P («Berwick»), ex herb. W («Yarmouth Norfolk», «England. Habui a cl. BABINGTON»).

C. atrovirens hodie nomen legitimum sensu auctorum diversorum pro *C. tetrandro* CURTIS 1798 (vide nr. 22 a clavis et textum eiusdem, quod nomen primum pro hac specie «*Sagina cerastoides* SMITH 1794» est. Sec. CODE 1961: art. 55 epitheton specificum «cerastoides» e genere «*Sagina*» in genus CERASTIUM non a CURTIS 1798 sed a BRITTON 1894 e genere *Stellaria* [a «*Stellaria cerastoides* L. 1753», vide *C. cerastoides* (L.) BRITTON] translatum est.—*C. atrovirens* BAB. in hoc opere sub nomine «*C. tetrandrum* CURTIS» tractatur.

Si identitas *C. diffusi* PERSOON 1805: 520 («Hab. in Scotia? THIEBAUD». Sec. IND. KEW. 1893: 484 «*diffusum*, PERS. Syn. i. 520 = *tetrandrum*») cum *C. atrovirens* BAB. demonstrari potest, tum *C. diffusum* PERS. nomen legitimum est. Sensibus diversis nomina legitima sunt sequentia (vide nr. 22 a clavis):

- C. tetrandrum* CURTIS var. *tetrandrum* = *C. atrovirens* BAB. var. *atrovirens* = *C. diffusum* PERS. var. *diffusum*.
- C. tetrandrum* CURTIS var. *tetrandrum* f. *tetrandrum* = *C. atrovirens* BAB. var. *atrovirens* f. *atrovirens* = *C. diffusum* PERS. var. *diffusum* f. *diffusum*.
- C. tetrandrum* CURTIS var. *tetrandrum* f. *eglandulosum* (MERINO) MÖSCHL = *C. atrovirens* BAB. var. *atrovirens* f. *eglandulosum* (MERINO) MÖSCHL, comb. n. = *C. diffusum* PERS. var. *diffusum* f. *eglandulosum* (MERINO) MÖSCHL, comb. n.
- C. tetrandrum* CURTIS var. *zetlandicum* MURBECK = *C. atrovirens* BAB. var. *zetlandicum* (MURB.) MÖSCHL, comb. n. = *C. diffusum* PERS. var. *zetlandicum* (MURB.) MÖSCHL, comb. n.
- Vir. cl. Dr. phil. Hans Peter FUCHS-ECKERT (Wassenaar/Niederlande, 21.1.1964) mihi scripsit se de legitimatione nominis «*C. atrovirens* BAB.» vel alicuius veterioris brevi tempore tractatum publicaturum esse. Eidem gratiam debeo pro explicationibus nomenclatoribus et litteris donatis.
- C. balearicum* HERMANN 1913: 247, species annua; typus: «Flora von Majorca. Gesammelt von F. HERMANN. 6. Juni 1912. Puig mayor, in Geröll über der 2. Quelle. *Cerastium Balearicum* mihi» (He: vidi). — Vide MÖSCHL (1949 S: 44-52) et nr. 18 b clavis.

Synonyma:

1753 — «*C. semidecandrum* L.» eiusque synonyma auctorum illorum, a quibus *C. semidecandrum* L. et synonyma eius in regionibus mediterraneis Africae septentrionalis et Asiae et Europae (excepta Italia, Sardinia, Sicilia) citantur.

1933 — *C. dentatum* MÖSCHL, 230-234 et 1934: 80 (correctio erratorum).

Nota: Ab *C. semidecandro* L. solum diversum petalis, quae filamentis vel breviora vel aequilonga et rarissime biloba, plerumque acute denticulata vel integra sunt; ab *C. pentandro* L. solum diversum bracteolis infimis (= floris terminalis) supra glabris cum apice perlucido denticulatoque ($\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ longitudinis bracteolarum). In *C. semidecandro* petala semper filamentis longiora; in *C. pentandro* bracteolae infimae semper fere utrimque pilosae. Confer *C. Gussonei* TODARO, quod in forma petalorum inter *C. pentandrum* L. et *C. pumilum* CURT. est, ut *C. semidecandrum* f. *stenopetalum* inter *C. balearicum* et *C. semidecandrum* f. *semidecandrum*.

Parasiti: Fungus *Ustilago Duriaeana* TUL., quem ZUNDEL 1953; 157 in *C. semidecandro* L. ex «Algeria» citat, probabiliter *C. balearicum* regionis «Algeria» inficit. — Forsan parasiti omnes vel nonnulli, qui pro *C. semidecandro* citantur, in *C. balearico* habitant. Pro *C. semidecandro*

e regionibus extra Africam parasitos citant (fungos) OUDEMANS 1921: 12, SAVULESCU & R. 1934: 43, SYDOW 1898: 291, TUBEUF 1901: 364; (animalia) BÖRNER 1952: 125, BUHR 1938: 175, DARBOUX & H. 1902: 13, KLIMESCH 1954: 274-275, 284-285, ROSS & H. 1927: 120.

Speciem esse in Africa septentrionali affirmant: C. balearicum MÖSCHL 1949 S: 47.—*C. dentatum* MAIRE & W. 1939: 268.—Vide *C. semidecandrum* auct.!

Distributio: Africa septentrionalis (tab. V, fig. 42), regiones mediterraneae Asiae occidentalis et Europae australis (excepta peninsula Apenninica, Sardinia, Sicilia).—In Australia australi («Kangaroo-Island. Near Hanson Bay», leg. EICHLER a. 1958: AD-non vidi + MÖ 10367) adventitium inventum est.—Species invenitur «Cyrenaique: pâturages parmi les Cupressus, à l'E de Selonta, vers 850 m» sec. MAIRE & W. 1939: 268. In altitudine 0 usque ad 850 m et altius, in arvis arenosis et in lucis umbrosis (Dj. Meghila sec. BONNET & B. 1896: 61) species existit.

Specimina visa citataque:

40°-35° N et 5°-0° W = 11 B² = Algerie: Boghar (DEBEAUX; sec. BATTANDIER, 1888-90: 149 «*C. semidecandrum*»).

..... et 0°-5° E = 11 C¹ = Algerie: Teniet-el-Haâd (herb. POMEL «DESF.»; sec. BATTANDIER 1888-90: 149 «*C. semidecandrum*»).

35°-30° N et 10°-5° W = 12 B¹ = Maroc: O. Redem (GANDOGGER-Fl. Afr. bor. 1910-11: LD 11885 a).

35°-30° N et 10°-15° E = 12 D¹ = Tripoli: Ghiran (TAUBERT, Iter cyrenaicum 1887, nr. 102 — *C. viscosum*: P —). Tarhuna: Uadi Msaaba (sec. PAMPANINI, 1914: 79 «*C. semidecandrum*»).

..... et 20°-25° E = 12 E¹ = Cyrenaique: à l'E de Selonta (= Slonta?) (sec. MAIRE & W. 1939: 268 «*C. dentatum*»).

Situs locorum sequentium mihi ignotus est: Tunis, Dj. Meghila (sec. BONNET & B. 1896: 61 «*C. semidecandrum*»).

C. Ballsii MAIRE 1937: 345, nr. 2226, sec. auctorem species gregis «*C. alpinum* L.» = *C. arvense* L. subsp. *arvense* [glandulosissimum et pumilum, habitu «subsp. strictum (L.) GAUDIN»] e syntypo viso «BALLS 2844»: m. Erdouz (K 4829, RAB 7377).—EMBERGER & M. 1941: 978, MAIRE 1963: 200-202.

C. Boissieri in schedis = *C. arvense* subsp. *arvense* (12 B¹: RAB 7056).

C. Boissieri GRENIER 1841: 9, 67, excl. syn. *C. repens* BOISS.) = *C. gibraltaricum* BOISSIER; vide BUSCHMANN 1938: 137-138/161-162.—BATTANDIER 1888-90: 150, BATTANDIER & J. 1921: 79, BATTANDIER & T. 1902: 63, HANOTEAU & L. 1893: 140, LETOURNEUX 1871: 31, MAIRE 1924:

106, 160, MUNBY 1859: 6 et 1869: 7, NEGRE 1952: 60, 63, 64, SENNEN & M. 1934: 20.— Var. *leptophyllum* in schedis = *C. gibraltarium* (locus ignotus: MA 8331).

- C. brachypetalum* in schedis = *C. gibraltarium* (12 B¹: Lu 9099) + *C. glomeratum* THUILL. (12 B¹: RAB 8512) + *C. luridum* GUSS. (12 B¹: RAB 7075 + 7382) + *C. tenoreanum* SER. (11 C¹: NEU 4821).
- C. brachypetalum* DESPORTES e PERSON 1805: 520, species annua; loc. class.: « in agris prope Cenomanum (Mans) et alibi. DESPORTES ». — Vide nr. 12 a clavis.— Reproductionem phototypicam (= MÖSCHL, nr. rev. 10756) typi (in herbario P) vidi. LANJOUW & S. 1954: 160 notat: « DESPORTES Narcisse Henri François (1776-1856) France (Le Mans; ± 1800-08): P-Ju. ». Vide LONING 1939: 156/488-159/491 et tab. CCLXIX.— Auctor *C. brachypetali* sec. LONING 1939: 156/488 non DESPORTES, qui sec. opinionem v. cl. LONING solum collector primus *C. brachypetali* fuit, sed PERSON est. Obtinui reproductionem phototypicam (MÖSCHL, nr. rev. 10756) speciminis authentici in P beneficio v. cl. AUBREVILLE (Paris, 26.VI.1961) cum schedis « ☉ *Cerastium brachypetalum* N. planta villosissimum, erecta; petala dimidio calyce minora; corolla vix aperta, stamina decem. Le Mans-les vignes. DESPORTES 1802 » et « Museum d'Histoire Naturelle de Paris Herbarium d'Antoine Laurent De JUSSIEU donné le Muséum par les enfants d'Adrien De JUSSIEU en 1857. Catal. — No. 13065 ». Secundum textum hunc virum cl. DESPORTES non PERSON auctor (contra LONING 1939: 156/488) est. Quod DESPORTES speciem descripsit et PERSON descriptionem viri cl. DESPORTES publicavit, secundum CODE 1961: art. 26 « *C. brachypetalum* DESPORTES e PERSON » scribere mihi iustum videtur. In nota de *C. brachypetalo* in PERSON 1805: 520 (nec in descriptione citata a v. cl. DESPORTES) « Caul. basi subpurpurascens, nec viscosus. » non dicitur PERSON solum individua eglandulosa ad *C. brachypetalum* posuisse, quod *C. brachypetalum* ut *Cerastia* multa non in basi caulis, sed in partibus superioribus (saepe solum in inflorescentia) solis glandulosum est. Cl. v. AUBREVILLE mihi scripsit (Paris, 15.VII.1961): « Le type de DESPORTES du *Cerastium brachypetalum* a bien des poils glanduleux, mais il a aussi des poils non glanduleux, ... ». Ea de re specimen authenticum *C. brachypetali* DESPORTES in P (reproductio eius = MÖSCHL, nr. rev. 10756) pro lectotypo speciei et formae sequentis legi: « *Cerastium brachypetalum* DESPORTES (e PERSON 1805: 520) f. *brachypetalum* sec. CODE 1961: Art. 26: *Planta glandulosa* ». Syn.: *C. tauricum* SPRENGEL et *C. brachypetalum* subsp.

tauricum (SPRENGEL) MURBECK sec. LONSGING 1939: 158/480 — non *C. brachypetalum* subsp. *brachypetalum* (PERS.) sec. JANCHEN 1956: 157, quod eglandulosum est.

Nota: De diversitate inter *C. brachypetalum* et *C. luridum* Guss. vide «*C. luridum* Guss.», de diversitate inter *C. brachypetalum* et *C. tenoreanum* SERINGE vide «*C. tenoreanum* SER.». Species *C. brachypetalum*, *C. luridum*, *C. tenoreanum* et *C. glomeratum* THUILL. petalis semper fere in basi ciliatis et sepalis extremis, quorum apices semper pilis eglandulosis superati (=barbulati) sunt. *C. brachypetalum* a *C. glomerato* diversum pedunculis primariis, qui semper calycis duplici longitudine vel longiores sunt; in *C. glomerato* pedunculi primarii fructiferi calyce breviores vel aequilongi.

Parasiti: Fungus *Ustilago Duriaeaana* TUL. in capsulis sec. ZUNDEL 1953: 157 «Algeria». — E regionibus extra Africam parasitos citant (fungos) OUDEMANS 1921: 8, SAVULESVU & R. 1930: 302 et 1934: 40-43, SYDOW 1898: 291. — Animalia: sine informatione.

Speciem esse in Africa septentrionali affirmant: *C. brachypetalum* BALL 1878: 363, BATTANDIER 1888-90: 149, BATTANDIER & T. 1902: 63, BOISSIER 1867: 723, HANOTEAU & L. 1893: 140, LETOURNEUX 1871: 31, MAIRE 1963: 213-216, MUNBY 1859: 6 et 1869: 7, SENNEN & M. 1934: 20 — *C. brachypetalum* var. *glandulosum* MAIRE 1963: 215 = *C. brach.* *brachypetalum*. — *C. brachypetalum* ♂. *luridum* BOISSIER 1867: 723 et BATTANDIER 1888-90: 149 (ssp. *lur.*) MAIRE 1963: 215 = *C. luridum* Guss. — *C. brachypetalum* var. *viscosum* in schedis = *C. brachypetalum* f. *brachypetalum* (RAB 7212 + 8510 + 8511) + *C. glomeratum* THUILL. + *C. gibraltarium* BOISSIER + *C. luridum* Guss. — *C. brachypetalum* var. *viscosum* EMBERGER & M. 1927: 23 et 1941: 978 = *C. luridum* Guss. e syn., etiam FONT QUER 1949: 125, JAHANDIEZ & M. 1932: 198, LUZZATTO 1937: 16, MAIRE 1963: 215, MAIRE & S. 1939: 7, SENNEN & M. 1934: 20.

Distributio: Africa septentrionalis (tab. VI, fig. 45), Europa: etiam in Britannia sec. PERRING & W. 1962: 68 fig. 131/9, in Hollandia (Kekerdom/Millingerwaard in oriente urbis Nijmegen: L 12908 + 12910) sec. HEUKELS & W. 1946: 88 et KLOOS 1949: 164-165 et OOSTSTROOM 1956: 201; ex archipelagis «Açores» et «Madeira» non cognitum. — Etiam *C. brachypetalum* in America boreali (Virginia) sec. GLEASON & C. 1963: 293 adventitium inventum est. — Ex Africa septentrionali solum f. *brachypetalum* (*glandulosum*) mihi cognitum est. — Vide distributionem *C. luridi*, quod saepe cum *C. brachypetalum* confunditur. — Species invenitur sec. schedas in altitudine 900 m (11 B¹: Xauen, MA 8240) — 2200 m (12 B¹:

Dj. Ourgouz, Br.-Bl. 8671), in locis saxosis calcareis, in graminosis humidis, in cedretis, in quercetis suberis, in faucibus frigidis.

Specimina visa citataque, vide nr. 12 a clavis: Specimina formae «brachypetalum» sub nomine «C. brachypetalum subsp. tauricum (SPRENGEL) MURBECK» revidi.

40°-35° N et 10°-5° W = 11 B¹ = Rif: Dj. Magot, supra Xauen; Haouta-el-Kasdir et Djemà-el-Korod, in valle Ametràs (Beni Derkul); Dj. Tasnot et Mardja Tisouka (Beni Zedjel) (sec. FONT-QUER, 1949: 125 «var. viscosum»), Dj. Magot (Gomara) (FONT-QUER — Iter marocc. 1928, nr. 76: G 11367, MA 8239, Z 10774), Yebel Magot c. Xauen (FONT-QUER — Iter marocc, 1928, nr. 75: G 11368, MA 8240). Mons Beni Hosmar supra Tetuan sec. BALL 1878: 363. Rif SW: J. Dessa prope Bab-en-Rouida (JOVET-AST etc.: MÖ + RAB 8348; RAB 8360), Bab-en-Rouida: Takhelenntjoute (JOVET-AST etc.: RAB 8361), Massif des Bni-Ahchem oriental (SAUVAGE: RAB 10005). Tasnoute (JOVET-AST etc.: RAB 8359).

..... et 5°-0° W = 11 B²: lbel Tiziren (JOVET-AST etc.: G 11362, RAB 8357). Akounsane (JOVET-AST etc.: RAB 8355).

..... et 0°-5° E = 11 C¹: La Kabylie du Jurjura: Tizi-n-Teselent, Bordj Bour'ni, Dj. Afroun, Tirourda (sec. LETOURNEUX 1871: 31). Kerrato (?) (REVERCHON, Pl. d'Algérie 1897: P 11328).

..... et 5°-10° E = 11 C²: Prov. Constantine: Dj. Mahmel (BALANSA, Pl. d'Algerie, 1853, nr. 859: P 11326/b).

35°-30° N et 10°-5° W = 12 B¹ = Zaïane: Oulmès (sec. MAIRE & S. 1939: 7 «var. viscosum, n. 7379»). Vallée du R'dat, Zerekten (SAUVAGE: RAB 7212 + 8512). Zaïan: Assellalou (SAUVAGE: RAB 8510). Plateau von Ito, Moyen Atlas (G. + J. BRAUN-BL.: Bra 8666). Ourgouz, Haut Atlas (BRAUN-BL. G. + J.: Bra 8657 + 8665 + 8671). Haut Atlas centr., Jebel Guedroz, près «Iferouane» (SAUVAGE + VINDT: MÖ 7122, RAB 7380 + 7381). Moyen Sebou S.: jbel Zerehoum (SAUVAGE: RAB 12085). Ait Mesan supra Arround, circ. 2400 m., et Dj. Tezah usque 2600 m sec. BALL 1878: 363.

..... et 5°-0° W 12 B² = Rif Oriental: Imasinen = Imassinèn (sec. SENNEN & M. 1934: 20), Tizi Ifri = Tizi-n-Ifri (sec. SENNEN & M. 1934: 20 «var. viscosum»). Tizi Ifri; Isahguen = Issaguen (sec. FONT-QUER 1949: 125 «var. viscosum»). Rif SW: Llano Amarillo, ravin de Sekh (JOVET-AST etc.: RAB 8344). Khandak Anassar prope Llano Amarillo (JOVET-AST etc.: RAB 8362). J. Bokorone (JOVET-AST etc.: RAB 9103). Tazzeki: J. Tazzeki (= Tazzeke = Tazeka =

- Tasa) (SAUVAGE: RAB 7213 + 8511). Mt. Tazzeke (MAIRE, Iter Marocc. Dec. 1925: P 11325).
- C. caespitosum* GILBERT 1782: 159 = *C. holosteoides* FRIES, ampl. HYL.— Etiam MAIRE 1963: 205-207.
- C. caespitosum* SENNEN & M. 1934: 20 = *C. fontanum* BAUMGARTEN e spec. viso (RAB 7076).
- C. caespitosum* ssp. *alpestre* MAIRE 1963: 206 = *C. fontanum* BAUMB. e syn.— *C. caesp.* ssp. *alpestre* var. *mauritanicum* MAIRE 1963: 207 = *C. fontanum* BAUMG. e syn.
- C. caespitosum* subsp. *fontanum* BRAUN-BL. 1945: 101-102 = *C. fontanum* BAUMGARTEN; etiam EMBERGER & M. 1931: 93, JAHANDIEZ & M. 1932: 198.
- C. caespitosum* var. *mauretanicum* MAIRE 1945: 95, n. var. (typum non vidi) = *C. fontanum* BAUMGARTEN e diametro seminum (=0,9 mm)? — Etiam MAIRE 1963: 207 (*C. caesp.* ssp. *alpestre* var. *mauretanicum*).
- C. caespitosum* ssp. *triviale* MAIRE 1963: 206 = *C. holosteoides* subsp. *triviale* (MURB.) MÖSCHL in hoc op., vide nr. «6 bC» clavis.
- C. campanulatum* VIVIANI 1804: 171 et tab. 23 («Frequenter inveni in collibus apricis maritimis Porciferæ, prope Genuam.») = *C. ligusticum* VIVIANI 1802: 15 sec. VIVIANI 1804: 171 (in textu *C. campanulati*).— WILLIAMS 1899 C: 209 notat in textu *C. campanulati*: «The type-specimen are in Mus. Florent.» — MÖSCHL 1949 C: 239-255, MURBECK 1897: 38, MUTEL 1834: 177.— *C. campanulatum* subsp. *typicum* MAIRE & W. 1939: 267-268.
- C. cerastoides* (L.) BRITTON 1894: 150-151, species perennis, typus et loc. class.: vide «*Stellaria Cerastoides* L. 1753». — Vide nr. 4 a clavis.— Sec. JANCHEN 1963 C: 33 nomen illegitimum pro *C. lapponico* CRANTZ 1766.— Sec. CODE 1961: art. 55 epitheton specificum «*cerastoides*» e genere *Stellaria* in genus *Cerastium* transferendum est. Sec. JANCHEN 1963 C: 33 nomen «*Stellaria Cerastoides* L.» confusum et rejiciendum est, quod LINNAEUS in publicatione originali 1753: 422 pro specie «*Stellaria Cerastoides*» citat «BAUH. pin. 210 prodr. 104. BURS. XI: 118» (= *Arenaria montana* L. 1755: 272-273, species e regione Galliae, vide GRAEBNER 1916: 475 et HYLANDER 1945: 147-148) et distributionem «in Alpihus Lapponicis» (= *Stellaria Cerastoides* L. 1755: 151). LINNAEUS cum publicatione speciei «*Arenaria montana*» (1755) complexum *Stellariae cerastoidis* 1753 ad speciem sueciam minuit, at non nomen «*Stellaria cerastoides*» confundit, sed emendavit. Qua re sec. CODE 1961: art. 51 nomen «*Stellaria Cerastoides* L. 1753», sensu stricto et excl. syn. «BAUH.

et BURS.) = «*Stellaria Cerastoides* L. emendata 1755» legitimum et non rejiciendum est.—*C. cerastoides* (L.) BRITTON 1894 = *Arenaria* (VILLARS) SHINNERS 1962, comb. n., sec. SHINNERS 1962.

Nota: *C. cerastoides* stylos 5-3, dentes capsulae 10-6 [vide *C. dubium* (BAST.) GUEPIN] et folia glabra habet. In speciminibus *C. cerastoidis* var. *eglandulosi* MAIRE 1923: 134 semper nonnullos pilos glanduliferos vidi, confer syntypos LD 11824 (Tizi-n-Tachdirt) et RAB 7079 (Tizi-n-Tagherat). Ea de re speciem non in formas f. *cerastoides* (glandulosum) et f. *eglandulosum* (MAIRE) divido.

Parasiti: Num in *C. cerastoidi* regionis Africae parasiti collecti sint, nescio.—E regionibus extra Africam parasitos citant: (fungos) OUDEMANS 1921: 13-14 «*C. trigynum*», SAVULESCU & R. 1934: 43 «*C. trigynum*»; animalia: sine informatione.

Speciem esse in Africa septentrionali affirmant: *C. cerastoides* MAIRE 1963: 191-193.—*C. cerastoides* var. *subglaberrimum* NORMANN apud MAIRE 1963: 193.—*C. cerastoides* EMBERGER & M. 1941: 977, FIORI 1923: 473, JAHANDIEZ & M. 1932: 196, VESTER 1940: 225?—*C. cerastoides* var. *eglandulosum* BRAUN-BLANQUET 1945: 102, MAIRE 1923: 134 (var. nov.) et 1924: 60, 62, 71, 79, 160; JAHANDIEZ & M. 1932: 196.

Distributio: Montes Africae septentrionalis (tab. VII), Asiae, Europae, Americae septentrionalis et descendens ad 0 m supra mare in regionibus subarcticis.—Species crescit in Africa septentrionali in altitudine 2800-3500 m, in scaturiginosis et in pascuis turfosis madidis supra solum porphyricum associata speciebus *Nardus stricta*, *Luzula spicata*, *Botrychium Lunaria*, *Carex capillaris*, *C. leporina*, *Cerastium arvense* var. *strictum*, *Myosotis alpestris* (MAIRE 1924: 61). «Dans le Grand Atlas le *C. cerastoides* vit surtout dans l'association du *Veronica repens*, plus rarement dans le *Nardetum* qui est moins humide» (MAIRE 1923: 134 et 1924: 62).

Specimina visa citataque [omnia revidi sub nom. «*C. cerastoides* (L.) BRITTON»]:

35°-30° N et 10°-5° W = 12 B¹ = Atlas major, Reraya (MAIRE, iter marocc. oct. 1924: RAB 7080), Ibel Tifenout: Tizi n-Tagherat (MAIRE: RAB 7079), Ourika: Tizi-n-Tachdirt (MAIRE: LD 11824, RAB 7206), Dj. Tachdirt (LITARDIERE: G/DEL 11460). Maroc: Massif du Toubkal (LITARDIERE et MAIRE; sec. JAHANDIEZ & M. 1932: 196 «var. *eglandulosum*»). Toubkal (RAUH: M 10609). Goundafa (sec. MAIRE 1963: 193).

C. comatum DESVAUX 1816: 228, species annua; loc. class.: «Habitat in Oriente.»; lectotypus: P 10757.—Vide nr. 9 a clavis.—Beneficio

